



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 24. De rebus Scotiæ, & Daniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.

A. C. 1476.

§. XXIV.

*De Rebus Sueciæ, & Daniæ.**Krantz* 8.
Dan 21 5.
Suet. 37.

Postquam Engelbertus, qui ut supra meminimus, Sueciæ regnum ab Erico Regis vexationibus liberare conabatur, ex insidiis occisus erat, Synodus Basileensis die quinta Octobris concordiæ leges, quas circa Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum privilegia in hoc Regno cum Suecis sanxerat, promulgavit. Pax ista conclusa est ad finem vitæ Laurentii Archiepiscopi, qui contra gravissimam Erici Regis vexationem ipsum Eugenium Papam, & Synodum Basileensem in auxilium vocare coactus est, qui tamen postmodum Erico reconciliatus, ut eundem Regni folio redderet, quamdiu vixit, indefesso prorsus studio adlaborabat. Cum vero ipsemet Ericus probe cognoscere, se Suecis, Danis, & Norwegis, trium suorum regnorum populis, adeo exosum esse, ut ejus subditi sibi fidem, obsequiumque palam denegarent, ac nequidem Bogislaum Pomeraniæ Ducem, qui Patris sui filius erat, sibi successorem regni nominari permetterent, hinc cum sibi haud amplius in suis regnis tranquillitatis spem superesse præsentiret, sive coacte, ut creditum est, sive sponte, ut putari voluit, jam provectæ ætatis senex negotiis sese subduxit, primum in Gotlandiam Insulam,

sive

five ut vocant, Gothiam, inde in Pome-
 raniam secessit, ubi pluribus transactis
 annis obiit Anno salutis millesimo qua-
 dringentesimo quinquagesimo nono, æta-
 tatis suæ septuagesimo septimo. Non ea-
 dem est Historicorum relatio de Regis
 hujus indole. Æneas Sylvius illum lau-
 dibus celebrat: Ast Joannes Magnus eum
 in Gotlandia piraticam exercuisse, male-
 que sibi conscium ob perversam Regni ad-
 ministrationem collectis Regni thesauris
 in præfatam Insulam secessisse tradit, una-
 cum concubina sua, præ ceteris carissi-
 ma, quæ tamen haud minimam fugæ
 suæ causam præbuit.

§. XXV.

*Acta Concilii in causa unionis Græ-
 corum.*

Currente eodem anno in mense Novem-
 bri Basileæ habita est congregatio
 Generalis, Præsidente Cardinale Juliano;
 in qua Synodus Montanam Tribunalum,
 collata militari clava, Supremum Eccle-
 siastici exercitus vexilliferum creavit.
 Quosdam a Basileensibus nominatos fu-
 isse meminimus, quibus datum negotium,
 ut de opportunitate urbium, quas propo-
 fuerant, docerent, necnon in viros, qui
 stipulato scœnore sexaginta ducatorum
 millia mutua darent, inquirerent, ac de
 cete-

sæcul XV.

A. C. 1416.

Æn. Sylv.

Europ. c. 33.

Joan.

Magn. l. 22.

Patrit. Acta

to. 13. Conc.

p. 1542.